UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum sigillum confessionis se extendat ad alia, quàm ad ea quæ sunt de confessione? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

Visual Library

nec excommunicationem incurreret: quia no
ſubiectus ſuperiori ſuo, niſi vt homo. Hoc au
non ſcit vt homo, ſed vt Deus.

Ad tertium dicendum, quòd homo non addu
in teſtimonium, niſi vt homo. Et ideò ſine læſi
conſcientiæ poteſt iurare ſe neſcire, quod ſcit ta
vt Deus. Similiter etiam poteſt prælatus ſine l
ne conſcientiæ dimittere peccatum impunitum
ſcit tantum vt Deus: vel ſine aliquo remedio
non tenetur adhibere remedium, niſi eo modo
ad ipſum defertur. Vnde in his quæ ad ipſum
runtur in foro pœnitentiæ, debet in eodẽ foro,
tum poteſt, adhibere remedium: vt Abbas in
* in arg. prædicto * debet eum admonere, vt prioratum
gnet: vel ſi noluerit, poteſt ex aliqua alia occ
ne abſoluere eum à cura prioratus, ita tamen
omnis ſuſpicio vitetur de confeſſionis reuela

Ad quartum dicendum, quòd ex multis ali
ſis redditur quis indignus ad prælationis offici
quam ex peccato: ſicut ex defectu ſcien iæ, v
tis, vel alicuius huiuſmodi. Et ideò qui contra
nec ſuſpicionem de crimine inducit, nec conf
nem reuelat.

ARTIC. II.

Vtrum ſigillum confeſsionis ſe extendat ad a quàm ad illa quæ ſunt de confeſsione?

45 Tho. vbi ſup. d. 1. ar. 1. & ſeq.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd
lum confeſſionis ſe extendat ad alia, qu
illa, quæ ſunt de confeſſione. Quia de conf
non ſunt, niſi peccata. Sed aliquando cum pe
alia multa quis narrat, quæ ad confeſſionem no
tinent. Ergo cum illa ſacerdoti dicantur vel
videtur, quòd etiam ad illa ſigillum confeſſio
extendat.

¶ 2 Præterea, Aliquando aliquis dicit alicu
quod ſecretum, & ille recipit ſub ſigillo confeſ
Ergo ſigillum confeſsionis ſe extendit ad illa,
non ſunt de confeſſione.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SED contra, Sigillum confeſſionis eſt aliquid annexum ſacramentali confeſſioni. Sed ea quæ annexa ſunt alicui ſacramento, non ſe extendunt vltra ſacramentum illud. Ergo ſigillum confeſſionis non ſe extendit niſi ad ea, de quibus eſt ſacramentalis confeſſio.

RESPONDEO dicendum, quòd ſigillum confeſſionis directe non ſe extendit, niſi ad illa, de quibus eſt ſacramentalis confeſſio. Sed indirecte, id quod non cadit ſub ſacramentali confeſſione, etiam ad ſigillum confeſſionis pertinet, ſicut illa, per quæ poſſet peccator, vel peccatum deprehendi. Nihilominus etiam illa ſummo ſtudio ſunt celanda: tum propter ſcandalum: tum propter pronitatem, quæ ex conſuetudine accidere poſſet.

Et per hoc patet reſponſio ad Primum.

Ad ſecundum dicendum, quòd aliquis non debet de facili aliquid recipere hoc modo. Si tamen recipiat, tenetur ex promiſſione hoc modo celare, ac ſi in confeſſione haberet, quamuis ſub ſigillo confeſſionis non habeat.

ARTIC. III.

Vtrum ſolus ſacerdos habeat ſigillum confeſsionis? 46

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd non ſolus ſacerdos ſigillum confeſſionis habeat. Quia aliquando aliquis confitetur ſacerdoti per interpretem neceſſitate vrgente. Sed interpres (vt videtur) tenetur confeſſionem celare. Ergo etiam non ſacerdos aliquid ſub ſigillo confeſſionis habet.

¶ 2 Præterea, Aliquando aliquis in caſu neceſſitatis poteſt laico confiteri *. Sed ille tenetur peccata celare, cum ſibi dicantur ſicut Deo. Ergo non ſolum ſacerdos ſigillum confeſſionis habet. *q. 8. a. 2.*

¶ 3 Præterea, Aliquando aliquis ſe ſacerdotem fingit, vt conſcientiam alterius exploret per hanc fraudem: & ille etiam (vt videtur) peccat, ſi confeſſionem reuelet. Ergo non ſolum ſacerdos ſigillum confeſſionis habet.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN